II.

PRIVILEGIOS DE LOS HEBREOS MALLORQUINES EN EL CÓDICE PUEYO.
SEGUNDO PERÍODO, SECCIÓN SEGUNDA.

Diplomas del Rey D. Jaime III.

Llegan hasta el 13 de Noviembre de 1337, si bien este Monarca fué reconocido en las Baleares hasta el verano de 1343.

37.

Barcelona, 26 de Octubre de 1325. Confirma el Regente D. Felipe todos los privilegios de la aljama hebrea de Mallorca.—Fol. 31.

Noverint universi quod Nos Philippus de Majoricis ecclesie sancti Martini Turonensis thesaurarius, tutor et patruus domini Jacobi, Dei gratia regis Majoricarum illustris, ad humilem supplicationem aljame judeorum Majoricarum, nomine tutorio predicto laudamus approbamus, corroboramus et confirmamus dicte aljame et judeis Majoricarum presentibus et futuris omnes consuetudines et privilegia ac *franquesias*, dicte aljame concessas et concessa per illustres dominum Jacobum patrem nostrum et Sancium germanum nostrum bone memorie, reges Majoricarum et predecessores nostros juxta seriem et tenorem cartarum seu litterarum confirmationum eorumdem dominorum regum, prout in instrumentis seu litteris dictarum confirmationum plenius continetur.

Mandantes locumtenentibus, vicariis, bajulis et aliis officialibus dicti domini Regis et nostris, presentibus et futuris, quatenus hanc nostram confirmationem dicte aljame et judeis Majoricarum predictis firmam habeant et observent, et in nullo contraveniant, et eam faciant ab omnibus inviolabiliter observari.

In quorum omnium testimonium et fidem presenti carte nostrum jussimus appendi sigillum.

Datum in civitate Barchinone, die vigesima sexta Octobris anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

Sig+num nostri, Philippi de Majoricis, tutoris predicti, qui predicta omnia et singula laudamus atque confirmamus.

Testes hujus rei sunt venerabiles Petrus abbas monasterii sancti Genesii, Petrus de Viridario Archidiaconus Majoricarum, Guillermus Murrulli canonicus Majoricarum, Albertus Sacortada domicellus, Ferrarius Rossilionis, Petrus de Matis, omnes consiliarii dicti domini Philippi, et Michael Amarelli scriptor publicus prefati domini nostri Regis illustris, qui de mandato dicti domini Tutoris hanc cartam scribi feci et clausi meo publico sig+no.

38.

Barcelona, 5 de Noviembre de 1325. Confirma á los mismos el derecho de ciudadanos mallorquines.—Fol. 31 v.

Philippus de Majoricis, ecclesie sancti Martini Turonensis thesaurarius, tutor et patruus domini Jacobi, Dei gratia regis Majoricarum illustris.

Notum facimus universis quod ad humilem supplicationem secretariorum aljame judeorum Majoricarum, nomine tutorio predicto, damus et concedimus dicte aljame et judeis ejusdem presentibus et futuris licentiam et potestatem quod possint et valeant libere uti et gaudere omnibus *franquesiis* consuetudinibus et aliis immunitatibus quibus utuntur et gaudent cives civitatis et regni Majoricarum in omnibus et per omnia, prout tamen dicti judei usi sunt hactenus de eisdem.

Mandantes locumtenentibus, vicariis, bajulis et aliis officialibus dicti domini Regis et nostris, presentibus et futuris quatenus concessionem nostram hujusmodi dictis judeis observent firmiter et faciant ab omnibus inviolabiliter observari.

Datum in civitate Barchinone sub sigillo nostro pendenti, die

quinta Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto.

Este diploma confirmó expresamente el Rey D. Pedro IV (documento **90**) en 11 de Enero de 1374.

39.

Palma de Mallorca, 18 de Noviembre de 1326. Concierto que hicieron los secretarios de la aljama con la intendencia del fisco aduanero en presencia y con aprobación del virrey Arnaldo Cardailhac, estipulando que pagarían mil y trescientas libras si obtenían sobreseimiento de las causas movidas y proseguidas contra algunos judíos mallorquines por contrabando comercial en los pueblos berberiscos de Tremecén y Mostagané.—Fol. 48.

Noverint universi quod ante presentiam nobilis viri Arnaldi de Cardiliaco, locumtenentis in regno Majoricarum per serenissimum principem, dominum Jacobum, Dei gratia regem Majoricarum, comitem Rossilionis et Ceritanie ac dominum Montispessulani, et pro inclito ac magnifico domino Philippo de Majoricis, ejusdem domini Regis patruo ac tutore, venerunt et comparuerunt Abrahim Malaquini, Isaac ben Aharon, Hayonus Cohen et Astruch ben Nono, judei, secretarii aljame judeorum civitatis Majoricarum; et dicto locumtenenti humiliter, verbo tenus supplicarunt in presentia discretorum Andree Guiterii gerentivices magistri rationalis (1) et Guillermi Michaelis assessoris dicti domini locumtenentis quod, cum denunciationes quedam facte fuissent et adhuc fieri sperarentur contra plures et diversos judeos aljame predicte pro eo quia dicebatur dictos judeos contra vetitum et inhibitionem regiam, seu ex parte domini Regis (2), factam eisdem per venerabilem Bernardum de Tornamira militem locumtenentem, dudum negotiatos fuisse in partibus regis de Tirimpcen, ultra terminum prefixum dictis judeis in inhibitione et vetitis seu mandatis pre-

(1) Vicegerente del Intendente general *(mestre racional)* Ademar de Mosset.

(2) D. Sancho. Véase el doc. **21** (13 de Junio de 1316).

dictis, portando et deferendo et deferri faciendo diversas res et merces de Majoricis ad dictas partes, et remittendo de ipsis partibus ad civitatem Majoricarum, et pro eo quia dicebatur dictis judeis negotiantibus in dictis terris regis de Tirimpçen fuisse mandatum per consulem domini nostri Regis predicti, seu per ejus consulis locumtenentem, ne in dictis terris venderent vel emerent seu aliter contraherent sub pena centum duplarum pro unaquaque vice qua contra fieret per dictos judeos; dictique judei, non obstante mandato predicto, prout fertur negotiati fuerint in terris predictis; nolentes dicti judeis secretarii in predictis oriri litigium, sed potius volentes inire cum dicto domino locumtenente compositionem super predictis omnibus, verbaliter supplicarunt instanter, nomine totius aljame predicte, dicto domino locumtenenti quatenus dignaretur ipsos admittere ad compositionem predictam, fiendam ut premittitur pro predictis.

Qui dominus locumtenens, admissa supplicatione predicta, composuit cum predictis secretariis in modum qui sequitur. Nam, habito pleniori tractatu, tandem fuit perventum ad compositionem infrascriptam, videlicet, quod dicti secretarii promiserunt solemni et valida stipulatione in manu et posse dicti domini locumtenentis et ejus Curie, et se obligarunt quilibet eorum in solidum nomine depositi et comende solvere Curie domini Regis mille et trecentas libras regalium Majorícensium, videlicet, quingentas libras de presenti, et residuas octingentas ad diem carniprivii sequentem proximum (1), et omnia bona sua necnon etiam omnia bona aljame predicte ubique presentia et futura, renunciantes quantum ad hec novarum constitutionum et epistole divi Adriani beneficio et omni legum auxilio.

Dictus vero dominus locumtenens ex causa compositionis et transactionis predicte absolvit de presenti et liberavit dictos secretarios et omnes quoscunque judeos aljame predicte de predictis omnibus, et remisit eisdem omnem condempnationem criminalem et pecuniariam quamcunque, que pro predictis, seu predictorum occasione, principaliter vel accessorie seu aliquatenus ex predic-

(1) El miércoles de Ceniza de 1327 cayó en 25 de Febrero.

tis dependentibus posset infligi contra predictos judeos et ipsorum bona, premissorum ratione occasione vel causa; promittentes et bona fide convenientes (1) ex parte dicti domini Regis nostri et domini Philippi ejus patrui et tutoris predicti quod, soluta dicto domino Regi seu procuratoribus pecunia supradicta, dicti judei universaliter vel particulariter numquam pro predictis vel aliquorum occasione molestabuntur vel inquietabuntur in personis vel bonis vel aliter quoquomodo.

Et in testimonium predictorum, ad requisitionem dictorum secretariorum, jussit dictus dominus locumtenens presentem scripturam in libro extraordinario Curie sue redigi et transcribi, et inde eis dari transsumptum in publicam formam, sub sigillo sue Curie solito appendicio sigillatum.

Quod fuit actum quartodecimo kalendas Decembris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

Sig+num Guillermi Magranerii, notarii publici Majoricarum, regentisque scribaniam Curie palatii regii civitatis Majoricarum, etc.

40.

Perpiñán, 26 Diciembre 1326. Confirma el regente D. Felipe la estipulación ó convenio precedente, apuntando algunos pormenores explicativos. —Fol. 49.

Noverunt universi quod, cum Andreas Guiterii, missus hoc anno per nobilem Ademarium de Mosseti magistrum rationalem Curie domini regis Majoricarum illustris ad civitatem Majoricarum pro negotiis dicti officii, novisset questiones suas et demandas in civitate eadem contra plures judeos Majoricarum, ex eo quia contra preceptum, ad partem hactenus factum sub certis penis, quibusdam singularibus judeis Majoricarum per Bernardum de Tornamira militem, tunc locumtenentem Majoricarum, de speciali mandato illustrissimi domini Sancii, clare memorie, regis Majoricarum, ut de regno et terris regis de Tirimpçe se ex-

(1) Sic.—Son tres los que prometen y convienen: el Rey, el Regente, y en nombre de ambos su lugarteniente.

pedirent cum rebus et mercibus suis usque ad festum Natalis Domini (1) tunc proxime instans, inibi remanserunt mercantes et alias (2), ac res et merces diversas abinde in Majoricas transmiserunt, quas ut commissas (3) domino Regi petebat dictus Andreas, et dictos judeos ulterius condempnari juxta penas transgressionis mandati jam dicti, movisset; quodque dictus Andreas, quo supra nomine, suas etiam questiones contra aliquos alios judeos Majoricarum tunc in loco de Mostagani mercantes et conversantes, praetextu videlicet transgressionis cujusdam mandati, eis facti per locumtenentem ibi consulis in Tirimpçe dicti domini regis Majoricarum, quo nullus eorum, sub pena centum duplarum auri pro singulis vicibus, quibus contra fieret committenda, auderet in loco ipso de Mostagani emere vel vendere seu mercari; tandem, diversis questionibus hujusmodi suscitatis et contra singulares diversos judeos aljame judeorum Majoricarum motis, secretarii ipsius aljame, pretendentes plurimas excusationes quare dicti judei pro predictis minime tenebantur, humiliter supplicarunt Nobis, Philippo de Majoricis, ecclesie sancti Martini Turonensis thesaurario, patruo atque tutori domini Regis Majoricarum illustris, ut super predictis omnibus et singulis pro dictis singularibus personis dicte aljame et nomine omnium eorumdem possent tractatus compositionis et transactionis inire atque complere cum dicto magistro rationali et ejus dicto procuratore qui dictas movebat questiones; quod Nos gratiose duximus concedendum.

Sicque, dicti secretarii nomine et vice omnium singularum personarum dicte sue aljame, quas tangebant seu tangere videbantur predicta aut aliquod de eisdem, de et super predictis omnibus et singulis, et pertinentibus ad ea ac dependentibus modis quibuslibet ab eisdem, composuerunt et convenerunt se cum dicto magistro rationali et dicto ejus procuratore (4); et inde eis satisfecerunt complete juxta compositionem eamdem.

---

(1) 25 Diciembre 1316.

(2) Y en otros parajes fuera del reino de Tremecén.

(3) Decomisadas.

(4) En 18 de Noviembre del mismo año 1326. Los cuatro secretarios de la aljama,

Nos itaque, compositionem praedictam et subsecutam satisfactionem exinde, ratas et gratas habentes et per paccatos atque contentos Nos inde esse reputantes, tutorio nomine supradicto per dominum Regem et suos difinimus absolvimus et quitamus dictos secretarios dicte aljame Majoricarum et quascunque singulares personas ejusdem ac bona, res et merces earum quascunque ab omnibus et singulis supradictis et pertinentibus ad ea ac dependentibus quoquomodo ex eis, et remittimus et relaxamus omnino eis, omnibus et singulis, omnem penam civilem et criminalem que pro predictis posset eis infligi vel imponi ad omnem questionem petitionem et demandam que pro predictis vel aliquo predictorum civiliter vel criminaliter posset ipsis vel alicui de dicta aljama fieri vel intentari per dictum dominum Regem, vel Nos tutorio nomine ejus, aut secus, modo quocunque. De quibus omnibus et singulis et hiis que dare et solvere debuerunt ratione dicte compositionis facimus tutorio nomine supradicto dictis secretariis et quibuscunque singularibus personis dicte aljame et suis perpetuo pactum reale et personale, validum et solempne, de non petendo aliquid civiliter vel criminaliter ulterius. Quoniam, quo supra nomine, eos omnes et singulos in personis et bonis inde reddimus et vocamus quitios et immunes.

Datum Perpiniani, sub sigillo nostro pendenti, septimo kalendas januarii anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo sexto.

41.

Perpiñán, viernes, 22 de Enero de 1328 (de la Encarnación 1327). El rey D. Jaime III, con autorización y asentimiento de su tutor D. Felipe, reconoce á los secretarios de la aljama hebrea mallorquina, que desde que él empezó á reinar (4 Septiembre 1328) han sido por dicha aljama pagadas las treinta mil libras, ó remanente de las noventa y cinco mil, que faltaban por satisfacer, ó añadirse á las sesenta y cinco mil, que cobró el rey D. Sancho, según lo asentado y convenido en los diplomas (20 y 22) del 19 de Septiembre de 1315 y 28 de Marzo de 1318.—Folios 33 y 34.

---

nombrados en la escritura de composición, fueron Abraham Malaquin, Isaac ben Aarón, Hayón Cohén y Astruc ben Nono.

Noverint universi quod Nos Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, etc., auctoritate et assensu incliti domini Philippi de Majoricis, nostri patrui et tutoris, confitemur et recognoscimus Rafaeli Dayen, Astruxo ben Nuno, Jacob Cohen et Mose Obeyd, secretariis aljame judeorum Majoricarum licet absentibus, et vobis Abrafim Malaqui, Issaxo ben Haron, Hayon Cohen et Jucefo Barqui judeis ejusdem aljame nunciis ad Nos et dictum nostrum tutorem missis per dictos secretarios nomine dicte aljame et secretariorum predictorum ejusdem (1), supplicando petentibus et recipientibus, quod ipsa aljama et secretarii, qui tunc erant in ea, satisfecerunt principi illustri, domino Sancio, clare memorie, regi Majoricarum, patruo nostro, se ejus thesaurariis, ipsius nomine recipientibus dum adhuc ageret in humanis, in sexaginta v mille libris monete regalium Majoricarum minutorum ex illis nonaginta et quinque millibus libris ejusdem monete, quas voluit declaravit et ordinavit habere a dicta aljama et judeis ejusdem, ratione omnium bonorum mobilium et immobilium ipsius aljame et singularum personarum ejusdem, que confiscaverat et applicaverat sibi ex quadam sententia quam tulerat contra dictam aljamam et universos et singulos judeos ipsius, certis ex causis in ipsa sententia expressatis; et reliqua triginta millia librarum dicti secretarii qui nunc sunt, seu predecessores partim eorum in dicto officio, et dicta aljama, inter diversas solutiones solverunt, seu inde satisfecerunt plene ad nostram voluntatis Nobis, seu procuratoribus nostris in Majoricis recipientibus nomine nostro. Et sic, tam de satisfactione predicta dictarum sexaginta quinque mille librarum facta, ut praedicitur, tempore dicti domini Regis bone memorie, quam de satisfactione predicta dictarum triginta mille librarum facta, ut proxime dictum est, Nobis seu procuratoribus nostris recipientibus nomine nostri, per paccatos nos tenemus atque contentos.

Quare, per Nos et successore nostros quoscunque gratis, et ex

(1) Cuatro de los ocho nombrados, conviene á saber, Astruc ben Nuno, Abraham Malaquín, Isaac ben Aharón y Ayón Cohén, figuran como secretarios en el diploma (39) del 18 de Noviembre de 1326. Los otros cuatro son: Rafael Dayén, Jacob Cohén, Mosé Obéid y Jucé Barquí.

certa scientia, auctoritate et assensu nostri tutoris jam dicti, solvimus definimus et remittimus dicte aljame et prenominatis secretariis ac vobis, dictis eorum nunciis recipientibus nomine dicte aljame et singularum personarum ipsius ac propriis nominibus vestris, in posse tui, subscripti notarii, nomine omnium eorumdem et aliorum omnium, quorum interest et interesse potest et poterit in futurum, stipulantis et recipientis, ab omnibus dictis nonaginta quinque millibus libris dicte monete et ab omni questione petitione et demanda que fieri vel intentari posset pro illis et solutione earum contra dictam aljamam et jam dictos secretarios ejus ac vos, dictos nuncios eorumdem, seu contra universos et singulos judeos aljame ipsius, et ratione etiam, hac occasione, dicte generalis condempnationis et sententie late per dictum dominum Regem, bone memorie, in dictam aljamam et universos et singulos judeos ejusdem, causis et rationibus supratactis. De quibus eos omnes et singulos et bona eorum plenarie difinimus, cum, ut premittitur, in omnibus dictis nonaginta quinque millibus libris per dictam aljamam plenarie extiterit satisfactum dicto domino Regi, bone memorie, atque Nobis. Et inde facimus, ex certa scientia dicte aljame et universis et singulis judeis ejusdem ac dictis secretariis et vobis, dictis eorum nunciis, ipsorum nomine recipientibus, atque vestro in posse jam dicti notarii, quibus supra nominibus stipulantis et recipientis, finem perpetuum ac pactum validum et solempne de non petendo aliquid ulterius pro predictis vel aliquo praedictorum; quoniam de predictis omnibus dictam aljamam et universos et singulos judeos ejusdem ac dictos secretarios et vos nuncios eorumdem reddimus et vocamus quitios et plenissime absolutos, sicut melius et plenius dici et intelligi potest, ad utilitatem et commodum dicte aljame et dictorum secretariorum ac omnium et singulorum judeorum illius ac vestrum, nunciorum prenominatorum; promittentes, bona fide nostra regia, dictis secretariis et vobis dictis eorum nunciis atque notario, stipulantibus et recipientibus prout supra, quod Nos vel dictus tutor noster nichil fecimus nec de cetero faciemus quominus presens generalis absolutio et definitio dicte aljame aut singularibus personis ejusdem vel suis valeat seu infringi possit, aut modo quolibet revocari.

In quorum omnium testimonium et fidem nostrum jussimus appendi sigillum carte presenti.

Et nos Philippus de Majoricis, tutor regius supradictus, super predictis omnibus et singulis, Nobis presentibus factis, predicto domino Regi Majoricarum pupillo et nepoti nostro carissimo auctoritatem et assensum nostrum prestamus, eaque laudamus et firmamus ac servare promittimus bona fide tutorio nomine supradicto.

Acta et laudata sunt hec in camera Consilii castri regii Perpiniani, die veneris post vesperos, intitulato undecimo kalendas Februarii anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo.

Signum + Nostri, Jacobi, Dei gratia, regis Majoricarum, etc. qui hec predicta et singula concedimus laudamus atque firmamus.

Signum + Nostri, Philippi de Majoricis, tutoris jamdicti qui, predicta laudantes atque confirmantes, super eisdem dicto domino Regi auctoritatem et assensum nostrum prestamus.

Testes hujus rei sunt nobilis Berengarius de Villariacuto procurator generalis dicti domini Regis, venerabilis Petrus de Viridario archidiaconus Majoricensis et canonicus Narbonensis cancellarius, nobilis Ademarius de Mosseto, Guillermus de Pauo locumtenens, Ferrarius de Caneto majordomus, Petrus de Pulcrocastro, Guillermus de Fontibus, portarius major, Guido Guidonis, milites, Guillermus Murulli canonicus Majoricensis, Arnaldus de Podio et Jacobus Scuderii notarius; omnes consiliarii dicti domini Regis et dicti domini tutoris ejus.

Ego Jacobus Scuderii notarius prefati domini Regis et ejus auctoritate publicus, ipsius et dicti domini tutoris speciali mandato hec scribi feci et clausi meo publico solito sig + no.

42.

Perpiñán, 11 Febrero 1328 (de la Encarnación 1327). El Regente D. Felipe previene al virrey Arnaldo de Cardailhac que no consienta que los cristianos deudores de los judíos disfruten de dos prorrogaciones de pago sobre una misma deuda, abusando de la que les había dado el mismo Regente. —Fol. 38.

Philippus de Majoricis, ecclesie sancti Martini Turonensis thesaurarius, patruus atque tutor domini Regis Majoricarum illustris, nobili et dilecto Arnaldo de Cardelacho, locumtenenti Majoricarum, salutem et dilectionem.

Pro parte secretariorum aljame judeorum Majoricarum est coram Nobis propositum supplicando quod, supplicantibus Nobis (1) aliquibus hominibus de Majoricis super gratia elongamentorum de debitis, que debent eisdem judeis, eis concessimus elongamentum, quamquam aliud obtinuissent elongamentum a Nobis aut dominis Regibus bone memorie (2); quod dixerunt cedere in prejudicium moris et stili Curie domini Regis Majoricarum (3). Quare supplicarunt Nobis ut super predictis, eis dignaremur providere de remedio opportuno.

Nos autem, eorum supplicatione utpote justa et rationabili benigne audita, volumus et vobis mandamus quatenus illis, quibus vobis constiterit duo elongamenta super et de eisdem debitis concessa fore, ultimum elongamentum infringatis et pro irrito et nullo ulterius habeatis; cum non sit intentionis nostre duo elongamenta super eisdem debitis alicui concedere, nisi in eo expressa mentio de primo fieret elongamento.

Datum Perpiniani, tertio idus Februarii, anno Domini millessimo trecentesimo vicesimo septimo.

43.

Perpiñán, 11 Febrero 1328. Al mismo tiempo ordena que, si los secretarios de la aljama fuesen condenados á prisión por deudas al Rey, no estén con los presos cristianos en la cárcel de Corte, sino en lugar decente, dentro del barrio hebreo, ó en otro paraje.—Fol. 39.

Philippus de Majoricis, ecclesie sancti Martini Turoneusis thesaurarius, patruus atque tutor domini Regis Majoricarum illustris, Arnaldo de Cardellaco, locumtenenti Majoricarum, salutem et dilectionem.

---

(1) Suplicando á Nos.

(2) Difuntos.

(3) Conforme al diploma (32) del 21 Julio 1323.

Annuentes supplicationi supplici secretariorum aljame judeorum Majoricarum, mandamus vobis quatenus secretarios, qui nunc sunt seu erunt in posterum, non capiatis seu captos detinere permittatis in Curia regia Majoricarum pro aliquo debito seu questiis domini Regis; sed, cum capi debebunt pro tali debito seu questia, eos detineri volumus captos non in Curia, sed in aliquo hospitio decenti in callo Majoricarum, vel extra. Quoniam hoc dictis secretariis pro nunc et pro futuro concedendum duximus de gratia speciali, quam durare intendimus et tenere ad beneplacitum regium atque nostrum.

Datum Perpiniani, tertio idus Februarii, anno Domini millesimo CCC . XX . septimo.

44.

Perpiñán, 11 Febrero 1328. Al mismo, previniéndole que los *cristianos* deudores de los judíos, salvo el caso de deuda usuraria, no han de tener mejor condición que los mismos judíos, por lo tocante á la detención ó aprisionamiento en la cárcel de Corte.—Fol. 39 v.

Philippus de Majoricis, ecclesie sancti Martini Turonensis thesaurarius, etc., nobili et dilecto Arnaldo de Cardelaco, locumtenenti Majoricarum, salutem et dilectionem.

Petierunt supplicando a Nobis secretarii aljame judeorum Majoricarum concedi quod quicunque christianus seu judeus, qui nunc vel in futurum aliquid debeat alicui judeo dicte aljame pro facto mercancie seu pro certa comanda absque usura, nisi solverit tempore debito, capiatur et captus detineatur in captione Curie Majoricarum pro tali debito seu comanda, sicut judei ipsi pro talibus contractibus modo simili capiuntur.

Nos igitur, tali supplicationi utpote rationi consone annuentes, volumus et vobis mandamus quatenus, nisi in oppositum alia justa ratio fuerit proposita et probata, obligatos dictis judeis christianos atque judeos pro facto mercationis seu ratione comande, in quibus non currat vel sit usura, capiatis et captos detineri mandetis in Curia domini Regis, quousque satisfecerint ipsis judeis aut se convenerint cum eisdem, prout judei ipsi pro talibus contractibus in Majoricis modo simili capiuntur. In talibus enim

equitas est serranda; ut sicut ipsi debentes et non solventes capiuntur, sic eorum debitores non solventes consimiliter capiantur.

Datum Perpiniani, tertio idus Februarii. anno Domini millesimo ccc. xx. septimo.

45.

Perpiñán 3 de Mayo de 1328. Á los cuatro enviados de la aljama hebrea mallorquina concede el Regente D. Felipe la derogación del abuso introducido por el Rey D. Sancho de nombrar un secretario de la Corporación contra los privilegios y uso antiquísimo de la misma aljama, en cuyo gobierno y constitución administrativa no debía entrar ningún cristiano, aunque éste fuese el Rey. Forzoso era, pues, que renunciase el cargo, y lo cediese al designado normalmente, uno de los secretarios (¿Astruc ben Nuno?) que había nombrado D. Sancho y mantenido en este puesto el Regente.—Fol. 32.

Nos Philippus de Majoricis, etc., tutor domini Regis Majoricarum illustris, notum facimus universis quod Abrafim Malaqui Isaac ben Aharon, Hayon Cohen et Yusef Barqui, nuncii ad dominum regem Majoricarum et Nos missi per secretarios aljame judeorum Majoricarum, cum querela proposuerunt coram Nobis quod dicta eorum aljama et judei ejusdem hactenus juxta eorum libertates et privilegia consueverunt eligere et creare, ac eligunt certum numerum judeorum in secretarios, qui procurant et tractant negotia dicte aljame; sed, a pauco tempore citra, fuit unus judeus secretarius electus per dominum Sancium, bone memorie, regem Majoricarum, germanum nostrum, et per Nos vel officiales regios atque nostros postmodum confirmatus, qui nunc utitur officio secretarii contra eorum privilegia et libertates ac contra usum antiquum. Quare supplicarunt Nobis humiliter ut super hoc eisdem providere dignaremur de remedio opportuno; super quo allegarunt et proposuerunt coram Nobis et nostro Consilio aliquas rationes validas et efficaces.

Nos igitur, dicta eorum supplicatione benigne admissa, et volentes ipsos judeos Majoricarum et eorum aljamam quantum in Nobis est prosequi favoribus gratiosis, nomine tutorio predicto ex certa scientia ordinamus quod judei dicte aljame una cum se-

cretariis suis juxta ritum et usum eorum possint ex nunc, prout eis et eorum aljame viderint expedire, ex se ipsis secretarios eligere creare et constituere pro libito voluntatis, et in numero quo videbitur eis expedienti dicte aljame, sic quod ulterius per dominum Regem Majoricarum vel Nos aut officiales regios atque nostros non impediantur in eorum electione secretariorum; nec alius superponatur nisi quos ipsi duxerint eligendos; quoniam electionem et creationem hujusmodi secretariorum reducimus ad statum primarium atque usum antiquum, non obstante dicto actu contrario dicti domini Regis, bone memorie, quem fecit ex causa que nunc cessat omnino, et aliis non obstantibus, quibuscunque.

Mandamus itaque locumtenentibus, vicariis, bajulis et aliis officialibus Regis atque nostris presentibus et futuris quatenus ordinationem et reductionem nostram presentem, et omnia in littera ista contenta, dicte aljame et judeis ejusdem observent firmiter et faciant observari.

Data Perpiniani, sub sigillo nostro pendenti, quinto nonas Martii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo septimo.

Con este último acto de suma equidad y moderación coronó el Regente su sabia administración de los supremos intereses que en sus manos puso la aljama hebrea de Mallorca. La causa por la cual se había el rey D. Sancho atribuído la potestad de inmiscuirse en lo más íntimo y vital del organismo jurídico de la Corporación fué la sentencia condenatoria del año 1314, por cuya virtud no sólo había confiscado todos los bienes de los judíos mallorquines, inclusa la Sinagoga, sino también revocado y anulado todos los privilegios de la aljama, reservándose la facultad de otorgar en adelante lo que mejor le pluguiese. Mas todo ello fué resarcido completamente por la dispensación de D. Felipe ó por la provisión **(41)** del 22 de Enero de 1328, que remitió toda culpa, ó querella, que hubiese emanado ó pudiese emanar de aquel fallo condenatorio. Así lo entendió el rey don Pedro IV de Aragón, según se verá por sus diplomas. Es muy de notar en el presente que el número de los secretarios no era fijo, sino mayor ó menor, según lo tenía por bien la aljama, ó su cuerpo de electores.

Cumplidos los 13 años de su edad salió de tutoría Jaime III. En Barcelona y en 25 de Octubre de 1328, hizo pleito homenaje de su Corona de Mallorca y demás Estados á D. Alonso IV de Aragón, cuya hija Constanza le cupo en matrimonio y al cual sirvió lealmente.

46.

Palma de Mallorca, 26 Agosto 1329. Confirma D. Jaime III en toda su plenitud el diploma (44) del 11 de Febrero de 1328, sobre que han de ser encarcelados los deudores insolventes de los judíos, exceptuada la insolvencia por usura. El Rey se movió á otorgar este privilegio, atendiendo á que los judíos mallorquines *vivían sobre todo del oficio de comerciar* ó del trato de mercancías.—Fol. 47.

Noverint universi quod coram Nobis Jacobo, Dei gratia rege Majoricarum etc., fuit propositum supplicando per secretarios aljame judeorum Majoricarum quod usus et observantia est in civitate et regno Majoricarum quod pro debitis et contractibus, mercantiliter contractis inter quascunque personas, capiuntur in Majoricis debitores nolentes solvere seu non valentes, et cum judei dicte aljame mercantiliter vivant pro parte majore, et cum suis debitoribus, factis non solvendo et aliter, sint passim in questione atque contractu super eo quod debitores ipsis, christiani, asserunt se captos non debere teneri pro debitis seu comandis, in quibus judeis obligati existunt etiam in via mercantie, fuit Nobis humiliter supplicatum ut super hoc dictis judeis providere dignaremur de perpetuo remedio opportuno.

Nos itaque, super hiis debite providere volentes, ordinandum duximus ac etiam statuendum quod quicunque judeus vel etiam christianus, qui obligatus sit vel fuerit alicui judeo vel judee dicte aljame per contractum aliquem mercantilem vel per comandam aut aliter quam pro contractu usurario, si debitor talis vel comendatarius satisfacere noluerit aut non potuerit dicto judeo creditori termino condicto verbo vel instrumento, aut aliter si statutus fuerit terminus in contractu vel voluntati sue juxta formam vel in via comande, talis debitor seu comendatarius, christianus aut judeus, capiatur et in Curia Majoricarum

captus detineatur tamdiu quousque satisfecerit aut se convenerit cum judeo creditore suo, sic quod pro omnibus contractibus, exceptis usurariis dumtaxat, capiantur judei et christiani debitores ad instantiam et requisitionem judeorum creditorum suorum aljame predicte. Quoniam hoc dicte aljame et singularibus personis ejusdem presentibus et futuris damus et concedimus de speciali gratia et ex certa scientia in privilegium speciale; quod privilegium declaramus et volumus locum habere in contractibus preteritis presentibus et futuris.

Mandantes locumtenentibus, vicariis, bajulis et aliis officialibus nostris presentibus et futuris quatenus statutum, ordinationem et concessionem nostras presentes et omnia in privilegio isto contenta, dictis secretariis et dicte eorum aljame ac singularibus personis ejusdem presentibus et futuris pro dictis contractibus, ut premittitur, preteritis presentibus et futuris firmas habeant et faciant perpetuo observari.

In quorum omnium testimonium et fidem, presenti carte nostrum jussimus appendi sigillum.

Quod est actum in civitate Majoricarum, septimo kalendas Septembris anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono.

Signum ✠ Nostri, Jacobi, Dei gratia regis Majoricarum, etc., qui hoc predictum laudamus, concedimus et firmamus.

Testes hujus rei sunt nobilis Petrus de Fonoleto vicecomes Insule, Ademarius de Mosseto et Arnaldus de Cardelaco locumtenens Majoricarum, Nicholaus de Sancto Justo thesaurarius et Jacobus Scuderi notarius; omnes consiliarii dicti domini Regis.

Ego Jacobus Scuderi, notarius prefati domini Regis Majoricarum illustris, et ejus auctoritate publicus ubique terrarum Dominatione sue subjectarum, ipsius domini Regis mandato hec scribi feci et clausi meo publico solito sig✠no.

47.

Perpiñán, 8 Agosto 1331. Razona el Rey los derechos civil y eclesiástico, que asistían á los judíos mallorquines para construir de nueva planta, ó tener en edificio alquilado, una sinagoga, que ha de llamarse *escuela* ó *casa de oración* para no dar asidero á escándalos farisaicos. Hace hinca-

pié en la sentencia del Rey D. Sancho, el cual, cuando confiscó y retrajo del culto mosaico la artística y muy hermosa *(valde formosam)* sinagoga de Palma, manifestó que los judíos podían, si querían, edificar otra dentro de la ciudad. Manda al virrey presente, y á los venideros, que amparen en su derecho á los judíos para tener, ó bien edificar, dicha *escuela*, con tal que ésta no sea excesivamente suntuosa. — Fol. 50.

Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, etc., dilecto locum nostrum tenenti in regno Majoricarum, qui nunc est vel pro tempore fuerit, vel ejus vices gerenti, salutem et dilectionem.

Relatione quorundam judeorum, nunciorum ad Nos destinatorum per secretarios aljame judeorum Majoricarum, ad nostrum pervenit auditum quod vicarii seu officiales venerabilis episcopi Majoricarum (1) ipsos judeos impediunt vel perturbant ne scholam habeant in civitate Majoricarum vel domum aliquam ad orandum juxta legem Mosaycam et consuetudines judeorum; illud inter cetera allegantes quod judeis novam non liceat erigere sinagogam, et quod illa, quam habuerunt antiquitus, jamdudum ex justa causa privati fuerunt per clare memorie dominum Sancium regem Majoricarum, patruum nostrum.

Verum si predicti negotii qualitas vigilanti studio attendatur, predicte rationes et quedam alie in contrarium allegate, quas exprimere omittimus, non obstant quominus, de permissu nostro, prefati judei scholam habere valeant vel domum aliquam, sive propriam sive conducticiam, ad orandum juxta legem Mosaycam, ritus et consuetudines judeorum, in civitate predicta, ubi *sinagogam curiosam et valde formosam* et domum ad orandum alias habuerunt. Cum solum jura prohibeant (2) ne in locis, ubi alias non habuerant, judeis liceat novam erigere sinagogam; in locis autem ubi alias habuerunt, non prohibent sed tolerant et permittunt. Nec istud proprie dicitur *nove erectio*, sed potius *antique reparatio* et refectio; quam non sinagogam, sed *scolam* aut *domum ad orandum* permittimus nuncupari. Nec sententia prefata regia potest premissis obstaculum aliquod generare, cum in eadem sententia memoratus dominus Rex, bone memorie, declaraverit

(1) Fray Guido de Terreny, general que había sido de los Carmelitas.

(2) *Decret. Greg. IX*, lib. v, tít. vi, cap. 3.

et permiserit quod—ex quo locum et domum ubi prima sinagoga fuerat, confiscabat—alibi, infra civitatem eamdem sinagogam decentem habere possent; prout in jamdicta sententia luce clarius continetur. Quamobrem ipsa sententia iisdem judeis non videtur obesse super preambulis, sed prodesse utpote quia in ea, ut premittitur, expressum est et permissum ut alibi, infra civitatem prelibatam, aliam habere valeant congruentem. Que quidem sententia, quam jus faciat, cum in rem judicatam transierit, nemo sane mentis ignorat; presertim, cum sit a Principe lata (1).

Ideoque, supradicti domini Sancii, regis Majoricarum illustris, sententie et vestigiis inherentes, vobis dicimus et mandamus quatenus predictam aljamam judeorum in aliquo loco idoneo, infra *Callum* judaicum civitatis Majoricarum, *scholam* permittatis habere, non tamen excessivam in opibus vel ornatu, aut domum aliquam decentem ad orandum juxta ritus et consuetudines eorumdem; nec patiamini eos a quoquam impediri super ea aut molestari; immo eos defendatis et tueamini, si opus fuerit in eadem; presentibus (litteris) remanentibus penes eos.

Datum Perpiniani, sub sigillo nostro pendenti, sexto idus Augusti anno Domini millesimo ccc. tricesimo primo.

Este documento, precioso bajo muchos aspectos, confirma lo que dije sobre el **17** (22 Junio 1311), el **19** (7 Marzo 1313) y el **31** (7 Julio 1323). El historiador Mut (2), de quien harto por desgracia se ha fiado el Dr. Kayserling (3), ofuscó, embrolló y alteró la verdad del hecho. Imaginó que en 1314 fué demolida la muy hermosa sinagoga, lo cual es falso; como lo es también, en parte al menos, el obscuro relato que hace de la edificación del templo de Santa Fe, cuyas vicisitudes claramente aparecen de nuestra documentación, conservada por el códice de Pueyo.

Así extraviado, el historiador mallorquín asienta erróneamente que á partir del año 1314, tuvieron los judíos de Palma dos sinagogas; la mayor donde andando el tiempo se había de abrir por los jesuítas el colegio de Montesión, y la menor donde se erigió

(1) Alusión á los Usajes 65 y 67 de Barcelona.

(2) *Historia del Reino de Mallorca*, tomo III, páginas 384 y 685. Palma, 1841.

(3) *Die Juden in Navarra Bashenlandern und auf den Balearem*, pág. 163. Berlin, 1861.

el hospital de la Misericordia. Lo cierto es que en 1331, perdida la primera sinagoga que nunca recobraron, estaban los judíos palmesanos construyendo la segunda dentro del *Call* en sitio algo distante de aquélla.

48.

Perpiñán, 25 Enero 1334 (de la Encarnación 1333). Prórroga de siete años y medio, dividida en nueve plazos, que el documento especifica, y que otorgó D. Jaime III á instancia de los enviados de la aljama, Vidal Cresques, Abraham Malaquí, Mosé ben Ramón y Hayón Cohén. Participa el Rey á sus procuradores Bernardo Jana y Bernardo de Valverde que esta prórroga se entendía de la mitad de la pena incurrida en el año precedente (1333) por los judíos que no habían pagado el impuesto del cabezaje, y por ello eran deudores al fisco en sus personas y bienes. — Fol. 51 v. Se repite esta misma provisión en el fol. 67.

Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fidelibus procuratoribus nostris in regno Majoricarum, Bernardo Jana et Bernardo de Valleviridi, salutem et gratiam.

Ad supplicationem Vitalis Cresques, Abrahim Malaqui, Mosse ben Ramon et Hayon Cohen, judeorum nunciorum ad Nos missorum, ordinandum ducimus per presentes, et ipsi aljame ac singulis de ea de speciali gratia concedendum quod id quod Nobis debent de medietate *condempnationis* facte per Nos anno proxime lapso, *tempore captionis bonorum judeorum ipsorum ad manum nostram* de certis quantitatibus Nobis solvendis per singulos judeos et judeas dicte aljame pro bonis eorum, quod Nobis solvere debebant anno presenti, solvant et solvere teneantur a die presentis gratie ad unum annum et dimidium sequentes proxime et futuros. Ita videlicet, quod hinc ad medium annum solvant vobis nomine nostro tertiam partem, et abinde ad medium annum aliam tertiam partem, et ex tunc ad medium annum reliquam tertiam partem; sic quod de sex in sex mensibus habueritis integre hinc ad unum annum et medium dictam medietatem dicte condempnationis. Et quod alteram medietatem illius solvant Nobis et solvere teneantur a fine dictorum anni et dimidii ad sex annos ex tunc sequentes, sic quod, quolibet ipsorum annorum solvant sextam partem illius; quodque ex nunc

dimittantur eis absolute eorum res et merces absque captione et detentione quacunque. Sed, si fraudes fierent in dictis solutionibus per Nos ordinatis seu committerentur per dictos judeos, vos tunc super illis provideatis ut videritis faciendum.

Mandamus itaque vobis ut contenta in ista littera singulis judeis et judeabus dicte aljame servetis firmiter et faciatis servari; ordinationibus seu aliis factis aut editis non obstantibus quibuscunque.

Data Perpiniani, VIII kalendas Februarii, anno Domini M.CCC.XXX. tertio.

El pago debía efectuarse en siete años y medio (25 Enero 1334-25 Julio 1341); la primera mitad del montante en año y medio, dándose la tercera parte de ella cada semestre; la otra mitad por sendas sextas partes de ella en los seis años consecutivos.

Cabalmente al espirar el plazo de esta concesión (25 Julio 1341) vacilaba la Corona mallorquina sobre las sienes de D. Jaime III, oprimido por la fiera ambición de su cuñado D. Pedro IV el *del Punyalet*, y la del Rey de Francia Felipe VI. Olvidóse de la gran máxima de gobernar, que consiste en no cargar á los vasallos de tributos insoportables como el presente y otros, que D. Pedro IV reseña en su Crónica para darse aires, aun más de libertador vivamente ansiado que de conquistador de las Baleares.

49.

Perpiñán, 25 Enero 1334. A los mismos, intimándoles que durante los siete años y medio de los que habla el documento anterior, no estarán obligados los judíos mallorquines á pagar el cabezaje *(cabessatge)*, ó la vigésima de sus bienes al fisco.—Fol. 54.

Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fidelibus procuratoribus nostris in regno Majoricarum, Bernardo Jana et Bernardo de Valleviridi, salutem et gratiam.

Cum concesserimus per literam nostram, sub data presentis, judeis et judeabus aljame Majoricarum, quod condempnationem factam anno proxime lapso, tempore captionis bonorum eorum ad manum nostram de certis quantitatibus per illorum singulos

persolvendis, vobis solvere debeant nomine nostro infra VII annos et dimidium, medietatem videlicet hinc ad annum et dimidium et residuum ad sex annos ex tunc sequentes, per certas solutiones et terminos, ad supplicationem Vitalis Cresques, Abrahim, Malaqui, Mosse ben Ramon, et Huyon Cohen, judeorum, nunciorum per dictam aljamam ad nos missorum, ipsi aljame et singulis de ea per presentes concedendum ducimus de gratia speciali, quod durantibus terminis et solutionibus predictis, Nobis inter dictos septem annos et medium faciendis, dicti judei vel judee non teneantur aut debeant solvere Nobis pro *cabessagio* vel duodecim denariis pro libra, per eos Nobis dari promissis de bonis suis, ut in quodam publico instrumento in (civitate) Majoricarum anno preterito facto (1), bullato bulla nostra plumbea, hec et alia continentur. Nam dictum *cabessagium*, *seu duodecim denarios pro libra*, dicte aljame et singulis de ea remittimus et relaxamus de gratia speciali usque ad annum futurum, quod computabitur anno Domini M.CCC.XL. primo, quo pro tempore nunc futuro incipiant solvere dictum *cabessagium*, vel dictos XII denarios pro libra juxta tenorem instrumenti predicti, et non ante.

Mandamus itaque vobis quatenus gratiam nostram ipsis singulis judeis et judeabus dicte aljame observetis firmiter et faciatis servari, ordinationibus et aliis factis seu editis in contrarium non obstantibus quibuscunque. Quoniam hoc de speciali gratia, ut predicitur, sic fieri volumus et jubemus.

Datum Perpiniani, VIII kalendas Februarii, anno Domini M.CCC.XXX. tertio.

Vidit thesaurarius (2).

50.

Perpiñán, 25 Enero 1334. Explica en qué manera las disposiciones precedentes han de aplicarse á los judíos mallorquines, que estando ausentes del reino al tiempo de la condenación del año anterior, hubieren regresado ó quisieren regresar á su patria.—Fol. 53.

---

(1) 1333.

(2) En el códice el copiante, no entendiendo el sentido de la cláusula final, escribió en su lugar «id Shus».

Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fidelibus procuratoribus nostris in regno Majoricarum, Bernardo Jana et Bernardo de Valleviridi, salutem et gratiam.

Ad supplicationem Vitalis Cresques, Abrafim Malaqui, Mosse ben Ramon, et Hayon Cohen, judeorum, nunciorum ad Nos missorum, per aljamam judeorum Majoricarum, per presentes ducimus ordinandum quod, si aliqui judei, qui tempore captionis bonorum judeorum dicte aljame ad manum nostram, anno proxime lapso essent extra regnum Majoricarum cum bonis suis, venire ibi ex nunc voluerint et venerint, quod exigatur ab eis vel bonis suis juxta condempnationem que Nobis solvi debet per judeos qui ibi nunc sunt de bonis suis per solidum et libram, quod solvant et solvere teneantur a die ingressus eorum ibi ad septem annos et dimidium ex tunc sequentes, medietatem videlicet a die dicti ingressus ad tunc proxime annum et dimidium per tres solutiones diviso tempore ipso equaliter faciendas, et alteram medietatem ad sex annos abinde sequentes per sex solutiones, scilicet anno quolibet sextam partem.

Mandamus itaque vobis quatenus ordinationem nostram presentem observetis permiter et faciatis servari.

Datum Perpiniani, VIII kalendas Februarii, anno Domini M.CCC.XXX. tertio.

Vidit thesaurarius.

51.

Perpiñán, 11 de Mayo de 1335. A los mismos, notificándoles que á petición de Vidal Cresques, enviado de la aljama, ha ordenado que no se pongan en el cepo, ni en la cárcel los judíos que no tienen sino créditos abonados que ofrecen al fisco para pagar el impuesto resultante de la condenación sobre la que recayó el convenio del 25 Enero de 1334. Los créditos contra los deudores á dichos judíos podrán pasar, en virtud de esta nueva concesión al Estado; el cual por esta conversión, ó traspaso, sabrá mejor que los acreedores judíos agenciar y apremiar el cobro de las deudas.—Fol. 52.

Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, etc., fidelibus procuratoribus nostris in regno Majoricarum, Bernardo Jana et Bernardo de Valleviridi, salutem et gratiam.

Vitalis Cresques judeus, nuncius ad Nos missus per aljamam judeorum Majoricarum, a Nobis petiit supplicando quatenus mandare dignaremur ut nullus ex judeis ipsis, obligatus vobis nomine nostri ratione taxationis, ad quam singuli eorum condempnati fuerunt, non habens aliter unde hoc solvat nisa debita, ponatur seu poni debeat in compedibus vel carceribus, eo solvente seu in solutum dante vobis bona et sufficientia debita usque ad complementum eorum in quibus pro predictis obligatus existit; utque debita hujusmodi usque quod inde completa solutio facta fuerit, tamquam debita regalia exigantur.

Supplicationem hujusmodi ad exauditionis gratiam admittentes, mandamus vobis quod omnibus judeis, vobis pro predictis obligatis, non habentibus aliter unde solvant ut predicitur, debita, bona tamen et sufficientia, recipiatis usque ad complementum, ita solutum videlicet et satisfactionem eorum, ipsa debita tamquam regalia seu ad jus nostrum regium spectantia, exigentes ea quousque in eis vobis fuerit integriter satisfactum.

Datum Perpiniani, quinto idus Madii anno Domini M CCC XXX quinto.

A 24 de Enero de 1336 hallándose en Barcelona, espiró el rey D. Alfonso IV de Aragón, y con él la esperanza de completa seguridad para su yerno D. Jaime III de Mallorca. El cual, según aparece del presente albalá, se preciaba de saber apretar la mano mucho mejor que los judíos, para exprimir el jugo á los deudores cristianos. Por su carta, fechada en Perpiñán á 26 de Abril de 1338, confesó (1) que había defraudado los intereses temporales á la Sede y Cabildo de Palma, antes que falleciese († 4 Diciembre 1334) el papa Juan XXII.

52.

Manacor, 13 de Noviembre de 1337. Dispone el Rey á petición de los secretarios de la aljama que en caso de suscitarse dudas sobre la equidad del reparto, ó derrama de contribución por ellos asignada, las resuelvan asesorándose de ocho ancianos, ó próceres de la misma aljama.—Fol. 52 v.

---

(1) *Viaje literario*, tomo XXI, pág. 189.

Jacobus, Dei gratia rex Majoricarum, etc.

Fidelium nostrorum secretariorum aljame judeorum Majoricarum, supplicationi humili annuentes, eisdem ducimus concedendum quod talliarum et collectarum, quas exigere eorum predecessores super judeis dicte aljame ac illorum bonis consueverunt in et super illis, quarum taxationes ad ipsos pertinent, cum inde judeis asserentibus conquerendo se indebite ac superflue talliatos, pretendentibus forsan justas aliquas rationes, possint consilio octo procerum dicte aljame gratuite convenire adhibito et servato.

Datum in loco de Manacor, idibus Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Per dominum Regem in consilio.—Perpinianus Imberti.

De esta fecha (13 Noviembre 1335) en adelante no pasan los documentos de Jaime III, registrados por nuestro códice. Siete años y medio transcurrieron, hasta que D. Pedro IV de Aragón (Junio 1343) le arrancó á viva fuerza la corona del reino de Mallorca. No es de creer que en tan largo intervalo el desdichado D. Jaime hiciese preterición de la aljama, que debía rendirle cada semestre lo que los documentos precedentes (**48-52**) explican. Probablemente fueron arrancadas del códice por mandato de D. Pedro IV (1) y desautorizadas por él como por soberano supremo, todas las escrituras opresivas de la aljama, emanadas de D. Jaime III, á partir del 17 de Julio de 1339. En este memorable día, como Zurita lo refiere (2), D. Jaime «prestó el juramento y homenaje, reconociendo y confesando tener del rey de Aragón (D. Pedro) y de los reyes sus predecesores en feudo de honor sin ningún servicio el reino de Mallorca con las islas de Menorca é Iviza y las otras adyacentes y los condados y tierras de Rosellón y Cerdaña, Conflente, Valespir y Colibre y los vizcondados de Omelades y Carlades con las villas y castillos que se incluían en ellos; y estado del señorío de Mompeller.» Los humos de igualdad á su soberano que D. Jaime afectó en esta solemnidad y en la de su entrada en Aviñón ó en la corte y presencia de Bene-

(1) Véase lo dicho en la página 14 del presente volumen del BOLETÍN.

(2) *Anales*, libro VII, cap. 47.

dicto XII (domingo, 14 Noviembre) le cegaron para no ver la hoya que se abría bajo sus plantas.

Una provisión de D. Pedro IV (1) dió por nulo cierto edicto que vulneraba los privilegios de los judíos, anejos á la condición de ciudadanos de Mallorca, reconocida por el tutor ó regente D. Felipe (2). Anulaba el edicto la obligación que tuviesen los deudores de los hebreos de satisfacer á estos su crédito, por más que constase en instrumento legítimo, si pasados cinco años á partir de la data del contrato, no hubiesen hecho los acreedores pedimento ó acción ante los tribunales solicitando el pago. En Mayo de 1343 y arbitrando recursos para defender las Baleares de su terrible adversario, expidió D. Jaime III este edicto con el objeto de granjearse á expensas de los judíos la voluntad de los cristianos; pero estos, como aquellos, cansados de tantas extorsiones le abandonaron á su infausta suerte, comparable á la de Roboam desdeñado por las diez tribus.

Las *leyes palatinas*, que promulgó este desdichado Rey (3) hallándose en Palma de Mallorca el día 9 de Mayo de 1337, descubren la vana ostentación de un fausto ruinoso, que hacía vivo contraste con la miseria de los súbditos. Mantuvo D. Pedro IV estas leyes en su entereza (18 Septiembre, 1344), mal disimulando que á redactarlas y promulgarlas se le había anticipado D. Jaime III. El cual no le había prestado homenaje, como ya vimos, hasta el 17 de Julio de 1339.

Madrid, 17 Noviembre 1899.

FIDEL FITA.—GABRIEL LLABRÉS.

---

(1) Documento **63**, fechado en 16 de Agosto de 1351.

(2) Documento **38**.

(3) Véanse comentadas por el P. Daniel de Papebroeck y publicadas en la obra *Acta Sanctorum*, tomo III del mes de Junio, páginas I-LXXXV. Venecia, 1743. El códice ejemplar de esta edición, ricamente iluminado y verdaderamente regio, se guarda hoy en la Biblioteca Nacional de Bruselas.